UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum ac dubiorum indies occurrentium Resolvtiones ... quàm brevissimè continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Trigesima.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

Visual Library

char. *in cap. ſtatutum*, §. *inſuper*, *de reſcr. lib.6*, ſimiliter de judic.

Trigeſimoquintò, teſtes in cauſa criminali, etiam exiſtentes extra provinciam, debent remitti ad judicem cauſæ, Abb. *in c. conſtitutus, numero decimo de fidejuſſor.*

TITULUS BENEFICII.

QUando quis teneatur oſtendere titulum beneficii, vide *in ver. Bullæ*, §. 6. & Rebuff *tit. de reſcript. ad benef. vacant. nu.* 20. vide Bald. *in Marg.* Inno. *in ver. titulum*, quando quis cogitur oſtendere titulum, & Anch. *in c. beneficium, num.* 9. *& ſequenti, de regul. iur. l.6.* & quando titulus, ſeu poſſeſſio judicetur colorata; ut quia eſt defectus in conferente, vide Abb. *in c. cum noſtris, colum.* 1. *de conceſſ. præb. & capit.* 2. *in princip. ne ſede vacante*, & Ioan. de Selva *tract. de benef. c.3. p. qu.* 11. *n.* 34. & Gom. *in qu.* 27. *de trien. poſſeſſ. & quæſt.* 57. *de ann. poſſeſſ.*

TRIGESIMA.

TRigeſima, ſive quota litis, an poſſit introduci per conſuetudinem, ut debeatur judici pro munere judicandi, vide gl. *in Clem. Statutum. in ver. ex juriſdictione*, & ibi Abbas, *n.* 1. *de electione, & in cap. cum ab omni, n.* 1. *&* 9. *de vita & honeſt. Cler.* Fel. *in cap. licèt, col.* 1. *de offic. ord.* ubi de ſportulis etiã habetur, Iaſon, *in l. ius civile, ff. de juſt. & iure*, tamen hodiè indifferenter videtur obſervari in Curiis ſpiritualibus, & à Reverendis dominis Auditoribus Rotæ, quia eis pro extraordinario ſolatio ſportulæ ſolvuntur, Navar. *conſ.* 21. *de reſcrip.* & Afflict. *in conſtit. De Trigeſima. Rub.* 70. *num* 5. dicit, quòd Trigeſima poteſt ab Epiſcopis à litigantibus peti, & in Conſtit. *de q.* 2. *notab. nu.* 2. & hoc ante ſimoniam.

VACATIO.

PRimò, per ſolam electionem Epiſcopi vacant officia, quæ priùs ipſe obtinebat, ſed non beneficia, niſi per conſecrationem, Addit. ad deciſi. Rotæ 17. *de offi. deleg. in noviſ. nu.* 4. ſed revera beneficia non dicuntur vacare, niſi poſt ademptam pacificam poſſeſſionem, gl. *in Clem.* 1. *in ver. collatio l ut lite pend.* Gom. *de expect. num.* 63. *&* 78. *& in q.* 47. *de ann. poſſeſ.* & Abb. *in Clem.* 1. *nu.* 3. *ut lite pen.* gl. *in c. ſi tibi conceſſio, in ver. vacare, de præb. lib.* 6. Selva *tract. de benef.* 3. *p. q.* 28. *& q.* 2. *nu.* 23. *&* 2. *p. q.* 15. Inno. *in c. noſtri, n.* 3. *de reſcript.*

Secundò, quando dicantur vacare beneficia per ingreſſum Religionis, vide *c. beneficium, de regular. lib.* 6. *c.* 1. 17. *q.* 2. Staph. *de lit. grat. f.* 136. *n.* 1. in reſignatione autem ſufficit, quòd quis ingreſſus ſit Religionem re ipſa, Bulla Pii V. 58. *fol.* 1014.

Tertiò, an dicantur vacare in Curia beneficia Epiſcopi, quando ipſe in Curia conſecratur, videtur quod ſic, gl. *in Clem.* 1. *ver. collatio*, ſi priùs ipſe habebat poſſeſſionem: ſed ſi habita conſecratione in Curia poſtmodum vadat ad partes ſui Epiſcopatus, & capit poſſeſſionem, non dicuntur valere in Curia, gl. *ibid. in ult.*

Quar-